DE HYDROPE FOETUS ANASARCA,

SUBJUNCTO CASU MEMORABILI IN POLICLINICO GYNAECOLOGICO VRATISLAVIENSI OBSERVATO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS OBSTETRICIO-ANATOMICA

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

AD SUMMOS

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXXI M. OCTOBRIS A. MDCCCLVII. 1857

H. L. Q. C.

PALAM DEFENDET

AUCTOR

ADAMUS TAMM,

SILESIUS.

OPPONENTIBUS:

E. PISARSKI, DD. MED. ET CHIR.

H. ESCHENBACH, DR. MED. ET CHIR.

ACCEDIT TABULA.

VRATISLAVIAE,

TYPIS HENRICI LINDNER.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, AMPLISSIMO, CELEBERRIMO,

PRODECANO H. T. SPECTATISSIMO

J. GUIL. BETSCHLER,

IED. ET CHIR. DR., UNIVERS. VIADRINAE VRATISLAV. PROF.
. O. ET SCHOLAE CLINICAE GYNAEC. MODERATORI, AUGUSTIS-
IMO BORUSSORUM REGI IN SUPREMO SILESIAE REGIMINE RE-
UM MED. A CONSILIIS INTIMIS, COLLEGII SUMMI AD MEDICOS OM-
IS ORD. EXAMINANDOS DIRECTORI, AQUILAE RUBRAE EQUITI,
PLURIUM LITERARUM SOCIETATUM SODALI ETC.

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

EGREGIE DE SE MERITO SUMMEQUE VENERANDO

HAS

QUALESCUNQUE PAGELLAS

GRATAS ESSE

VOLUIT

AUCTOR.

Prooemium.

ıtiquissimis temporibus quod ominis tristis indicia dice-
ntur monstra infamia aspersa erant. Origo eorum mystica,
bitus proprietas, forma saepe horrenda falsissimas effece-
ıt opiniones, quae ut tollerentur, fabulosae illorum temporum
scriptiones nihil valuerunt. Sero demum errorum istorum
em fecit explanatio illa literis data: „monstra sunt, quia
nstrata sunt,“ id est digna quae spectentur atque observen-
. Qua sententia duce recenti aevo animum attenderunt ad
nstra literarum experti: ut originem illorum investigarent,
mam explicarent, disciplinae illius ope, quam anatomiam
hologicam vocant, enisi sunt atque contenderunt; artis ob-
riciae studiosi, quum iis persuasum esset, quanti esset mo-
ıti ad usum vitae ac salutem, accuratius perspicere partus
ıstrorum rationem ac modum, hanc in rem non minus ope-
impendebant. Quo factum est, ut homo mirabiliter natus
tempore argumentum sit strenui studii et investigationis.

— Multa sane supersunt hac in re accuratius inquirenda et plicanda: attamen nihil est, cur non liceat nobis sperare br tempore hac quoque disciplina, ut in ceteris literarum gene bus, haud parvum fortunae momentum effectum iri eamc ipsam ceteris exaequatam, quippe quum magis ac magis, c his in rebus versantur, strenuo studio atque impigra assid tate utantur, ut observantes et quae digna inter se commu cantes intime perspiciant monstrorum rationem, originem, f mam et utiliter procurent eorum partum. Quae literarum st dia summa et dignitate et utilitate ut juventur, quis est, q aliquam, quamvis minimam stipem conferre nolit?

Qualem stipem minimam haberi volo has pagellas, quib intentio inest de casu hydropis anasarca foetus accuratius d serere et ea, quae spectant ad anatomiam pathologicam, et quae ad artem obstetriciam pertinent, casum vero ipsum tal proponere, quo quae de similibus casibus prius jam cogni erant affirmarentur et quae nova inventa sunt, si qua fors acciderint, in medium proferrentur. Hac intentione superfluu quidquam me fecisse nullo modo puto, quod, quantum e scio, rariores sunt noti tales casus, tum quod mihi persuasu est neminem fore qui omni parte gravioris momenti esse e neget, et dignos qui diligenter explorentur, ut quam maxin ex iis percipiamus ad usum vitae commoda. Sequutus su hac in re tractanda exemplum honestissimi commilitonis, Sche Goldmann, qui similem casum circiter sex mensibus ante policlinico gynaecologico Vratislaviensi observatum descri sit[1]), atque sperare audeo alios quoque, fausta occasione, d

1) De vi quam foetus hydrope anasarca affectus in partum exhibere pos

ipturos tales casus. — Si vero tu, lector benevole! non om-
inveneris, quae oppertus es aut forsan jure opperiri potes:
mento primitias esse scriptoris parum eruditi has pagellas;
a benigne accipies quae pro viribus meis et optima volun-
e tibi obtuli.

Dissertatio inauguralis obstetricio-medica. — Scheye Goldmann, Vratisla-
› 1857.

De hydrope foetus.

Foetum in utero vitam agentem non minus quam homine natum attingere morbos, inter omnes constat. Unde vero ut que morbi oriantur causae aut in iis ipsis sitae sunt aut in r bus, in quibus versantur et quibus utuntur. Inter ea, quae a foetum in morbum incidentem pertinent, summum locum t nent vitia parentum ac imprimis matris. Qualis sit sangui quales nervi, qualia sint ea quae ad genus spectant: hae r omnes variae esse possunt causae, ut aegrotet foetus; etiam u morbis matris ipsis foetus corripiatur fieri potest, quum conjun ctissime vivat foetus cum matre. Quamquam vero his ex re bus elucet, foetum vario modo fieri posse aegrotum constitu tione matris: maxime quam possit ut iste ab incommodis mu niatur et valeat, naturam curare fugere nos non debet. Hae enim tantum abest, ut una cum graviditate donum det morbos qui in discrimen vocent foetum: ut potius morbos quosdam tollat, mitiget, inhibeat, quo efficitur, ut non omni matris morb afficiatur foetus et infantes pariantur validi a matribus aegro tantibus. — Altera in morbum incidendi causa petitur a foet ipso, cujus nisus formativus esse potest vitiosus, quem attin gere possunt incommoda per matrem, quum ipsa sit integra dein ut morbo corripiantur organa singula foetus fieri potest

: non functiones esse possunt vitiosae. Quarum rerum in-
mationibus, morbis cerebri, hydrope, hypertrophia orga-
rum exempla invenimus. — Denique originem ducere pos-
it foetus morbi a vitiis placentae, funiculi umbilicalis, mem-
ınarum ovi, liquoris amnii. Qui rarior sane est casus et, si
riori conclusionem facere liceret, effectu levior, quum secun-
m naturam esse videatur, ut quae a partibus secundinis pro-
scantur incommoda, simplici illorum et structura et fun-
one, haud multum valeant in foetum. Attamen vehementer
abit, qui ita concluderet; quamquam enim verum partium
undinarum munus nullum aliud est nisi ut inter matrem ac
tum sustineant conjunctionem, ab incommodis servent foetum
ue pro tempore, quo in utero vivit, theatrum quasi vitae
estent: summo tamen momento esse potest foetui et forma et
bitu et incremento et vita et morte una quaeque conditio
um sit vitiosa, id quod casu his pagellis disserendo mani-
tum erit.

Morbornm foetus illorum, qui ex partium secundinarum
iis orti summam vim exhibere possunt in foetum, gravior
is, quem vocant hydropem foetus. Quo in morbo telae or-
nicae et cava corporis copia aquae justo majore imbuta sunt,
nomen speciale, ut ita dicam, accipit ab organis tali modo
turpatis. Quum tumefacta sint aqua quam tela cellulosa sub
te posita continet integumenta communia, hydropis anasarca
nomen ponunt; hydrocephali, hydrothoracis, ascitae, no-
ne utuntur, quum caput, thorax aut abdomen isto morbo la-
ret; quum vero corpus totum particeps sit hydropicae de-
pationis, hydrops universalis iste apellatur morbus. Quam-
variae autem sint hydropis species: omnibus est proprium,
semper sint alterius morbi cujusdam effectus; nullo enim
do hydropis nomine significamus processum pathologicum,
o aquae efficitur accumulatio. Quae quum ita sint, hydrops
n habendus est morbus, qui causa dynamica aut mechanica

ipse proditus decursum facit et exitum, sed alio semper m tanquam primario opus est, unde oriatur aut quod subseq tur, quam ob rem secundarium, ut ita dicam, morbum e vocare tu possis.

Quod vero ad altera ista mala, unde originem ducat h drops, attinet, omnibus est commune id ut in aqua ponen et tollenda impar sit ratio, cujus causa est aut mechanica, impedita sanguinis venosi circulatio, aut dyscrasia, quam v cant hydraemiam, aut telarum inflammatio. Alias quoque ca sas hydropis esse facile apparet, quum interdum occurrant h jus morbi species, quas ad nullam causam supra dictam r ferre possumus, neque tamen aliam illam causam invenimu nisi hypothesi quadam mirabili utimur. Idcirco nomen hydr pis jure posuere illi morbo, ne careamus verbo, ubi res aper patet. — Quae praeterea spectant ad hydropem universale gignendum causae esse possunt tales, ut ex iis unius tantu organi vel cavi hydrops exoriatur, progrediente autem mork aliarum quoque partium corporis hydrops accedat, id quo maxime evenit in hydrope anasarca, cui et in foetu et in ho mine nato serius ocius, asciten vel etiam totius corporis hy dropem accedere bene scimus. Quum igitur tali de casu di serere propositum sit, liceat paucis verbis enarrare, quae sin illius morbi symptomata, effectus, cetera, ne in ipso casu de scribendo opus sit ambagibus, quae disputandam rem dilater vel etiam obscuram reddant.

Hydrops anasarca foetus telam cellulosam sut cute posi tam fluidi maxime limpidi, raro coagulati plenam praebet Magnopere tument integumenta communia et, incisione facta telam cellulosam subcutaneam videmus esse praeter consuetu dinem crassam, opalescentem, tanquam gelatum micantem maculae telae sunt dilatatae et aqua impletae; adeps in mu cum quendam pellucidum est commutatus. Fluido e maculi effluente vel expresso, collabitur tela cellulosa; saepe est ma

ca tanquam diffluens. Magna inest aquae copia locis, qui mali modo carent pingui. Tela cellulosa sub cute posita lto magis aqua imbuta est quam quae intersunt musculis et ceribus interioribus spatia; musculi carent colore rubro, nt pallidi; corium tenerrimum, denique fissum. Viscera in-iora, nisi omne corpus correptum est hydrope, saepissime nt integra, altero in casu similiter tumefacta et aqua imbuta. va corporis, id quod supra jam commemoravi, semper fere, ogrediente morbo, aquam continent accumulatam, quae plus nus est albuminosa.

Aetiologia hydropis anasarca, quum eadem fere sit quae dropis omnino, omissa, de vi quam foetus hoc morbo affe-us in partum exhibere possit breviter disseramus. Hydrops asarca, quum solus adsit, ceteris organis atque cavis inte-is, saepissime parum impedit partum, propterea quod molli-es et quasi indulgentia integumentorum corporis tumentium vamento est partui, atque quod foetus hydropici usque ad nem graviditatis saepissime non perferuntur sed praematuri uscuntur, ita ut amplitudo corporis justo minor sit et partum ciliorem reddat. Quanta sane sit telae cellulosae infiltratio, uam tensa sint integumenta communia, quanto sit aucta foe-s amplitudo, id quod ingenti modo occurrit, quum hydro-iorax vel ascites accesserit: hae res omnes non parum con-runt ad partum difficiliorem reddendum, ita ut persaepe na-ura sola partus ad finem perduci non possit. — Diagnosis ydropis anasarca foetus non minores quam hydropis omnino ifficultates habet, quum durante graviditate nulla adsint certa gna, quibus niti possis. Quae interdum ut hydropem adesse utes adducere te possunt, soli motus corporis in eundo agre-es sunt atque nimia abdominis amplitudo, dein fieri potest t matris hydrope laborantis infans sit hydropicus. Hae au-em res omnes ad certam diagnosin statuendam nullo modo ufficiunt, quum neque semper adsint una cum hydrope foetus,

neque ad hydropem foetus solum pertineant. Saepissime n prius foetum hydrope affectum esse intelliges, quam part normali modo exorsus, ceteris ejus rationibus faustis, non pr grediatur aliaque infantis vitia sint excludenda, id quod cere licebit, quum fovea digito explorante facta aliquamd remaneat. — Quum vero hujus morbi diagnosin compone tam difficile sit, pares praebet difficultates therapia, cui pr positum est quam maxime parcere infanti ac matri in par procurando. Quamquam enim infantes hydropici, nisi in ute jam mortui sunt, saepissime in partu aut aliquamdiu post moriuntur: exstant tamen casus, quibus non semper id fie elucet ita ut, si natura sola infantem ad lucem edere nequea caute adhibenda sint in afferendo auxilio instrumenta, quibu utimur in arte obstetricia exercenda. Neque minus matris ra tio est habenda, ne ante tempus aut inepte et incommode aga mus in partu procurando.

Quibus rebus breviter perspectis, ad rem ipsam quae es dissertationis argumentum transeamus.

Casus memorabilis hydropis anasarca foetus.

a) Descriptio partus.

A. W. viginti sex annos nata magnitudine corporis nor nimia atque constitutione satis valida semper bona valetudine se gavisam esse usque ad hoc tempus affirmat. Annum quin- tum et decimum agebat quum primum menstrua fluere coepe- runt nec unquam intermittebant usque ad annum vicesimum

'undum, quo mercenario nupserat et gravidam se esse ani-
·dvertit. Primo in hoc connubio partu edidit puerum, gra-
litas secunda turbata est abortu, tertiam graviditatem omni
.lo vacuam perpessa puellam peperit. Per omne hoc tem-
s valetudine bona usa est, ita ut infantes vivos ipsa sine ullo
:rimento nutrire potuerit. Qualis fuerit quarta ejus gravi-
as et ultima nunc videamus.

Mense Novembri anni praeterlapsi menstrua non fluebant
ut, quod, tempore quo gravida fuerat exepto, legitime sem-
r apparuissent, denuo se gravidam esse putaret femina, id
od magis ac magis postea comprobatum est, quum alia quae
graviditatibus antea perfunctis jam observaverat se osten-
:ent signa. Justissime decursum fecit graviditas eademque
a antea usa est valetudine gravida, exeunte mense Martio
ıi hujus primos infantis motus sentiens. Isto demum tem-
re abdomen majorem quam in prioribus graviditatibus ha-
'e amplitudinem animadvertit, quippe quum aucta esset ita
ingrediens valde impediretur. Quam ad molestiam accessit
ut permagnae totius corporis infirmitatis sensum perciperet,
;rotans tamen non ita ut lecto affixa fuisset. Horrore quo-
n nunquam vexata est; item sensum tanquam molis in ab-
nine sitae se habuisse aut aliud signum, quod si accidisset
mortem foetus fuisset referendum, observasse negat.

Hoc statu erat res medio mense Majo, quum ad vesperum
·vida inopinato sentiret dolores quasi ad partum praepa-
dum, qui progrediente nocte non parva ceperunt incremen-
ita ut obstetrix auxilio vocata dolores ad partum esse affir-
:et et iterum partum praematurum instare praediceret. Neque
ıo hoc contenderat obstetrix, quum magis ac magis crescerent
ores frequentia atque vehementia, ita ut ad tempus mutati-
n posteri diei aquae defluerent. Quod quum factum esset,
ri vis ad expellendum infantem incepit; paulo autem post
ores ad partum cesserunt subito, causa non aperta. Quae

quum ita essent quumque, exploratione facta, non caput, s aliam praejacere infantis partem intellexisset obstetrix: a po clinico obstetricio auxilium petiit, quo missus est commilito h nestissimus Starck. Priusquam hic advenit, brachium pr lapsum est, qua re et exploratione repetita apparuit, humeru dextrum praejacere et profundius jam depressum esse ita nulla fere esset mobilitas. Quum ita se haberent res, qu pariendi vis iterum incepisset, quum foetum praematurum es pateret, de vita vero aut morte infantis nihil certi eruendu esset: consilium cepit exspectandi Starck, id quod optime cisse eum ego arbitror, eventum non spectans quam maxi faustum.

Liceat mihi quum ad hoc pervenerimus, de auxilio his casibus, quos difficillimos esse procurandos nemo erit qui n get, ferendo uberius exponere. Multi sunt auctores, qui ve sionem facere praescribunt, non spectantes, num sit infans vus an mortuus, quanto humerus sit depressus, quam arc circumdent foetum uteri parietes. Unde efficitur, ut interdu impetu versionis frustraneo facto et iterum ac iterum repeti medicus desistere debeat, quod aut ipse aut parturiens virib exhaustus est atque haec illum ut ei parcat orat et obsecrat Tum ne tempus teratur, medicamenta emmenagoga dant parturienti sed frustra. Hanc ob causam paulo post rurs infantem vertere tentat, donec parturiens nolit aut moriat infante non edito. Alio forsan casu mater liberatur infan mortuo, sed serius ocius post partum animam omittit nulla a de causa, nisi quod nimis eam vexaverant. Quae quum fac accidere posse omnes consentiant, nemo erit, qui, ubi res se habent, exspectare multo praestantius esse negabit. Ac nugas dixisse videar, quae sint exspectandi rationis commo disseram. — Humero praejacente infans nisi praeter natur consuetudinem nasci non potest. Idcirco versionem facere v in caput vel in pedes tentat medicus, quod vero, si profu

as jam depressus est humerus et aquae defluxere, efficere
r poterit, e contrario, si nihilominus contenderit versionem,
gis ac magis uterum incitabit ut resistat quin omnibus viri-
s eum vincere non possit. Qua autem re efficitur ut in pe-
ulum moriendi adducatur non solum infans, sed etiam mater,
jus tamen, quum infans vivus nullo modo, mortuus nondum
sci possit, solius ratio est habenda. Si vero exspectandi ra-
nem observaberis. infans natura forsan, sed mortuus parie-
r, quod vero opprobrio tibi non est, quum vitae ejus nullo
o modo melius parci possit, mater autem virium copiam con-
leat, ita ut, si serius operatione opus sit, fortius eam susti-
at. Saepissime autem ad hoc momentum non perveniet res,
d natura partum perficiet. Cessante enim corporis morien-
turgore vitali, evenire potest ut aut versio spontanea aut
rtus conduplicato corpore accidat, id quod eo magis ex-
ectare nobis licebit, quo minus exhausta sit viribus partu-
ns impetu frustraneo, quo minus uterus lacessitus, quum
lvis justa sit amplitudine et infans non major. Quod vero
turae auxilium nisi intrat, perditum est nihil, sed nunc ver-
saepe est facile facienda, quum una cum morte infantis se-
s ocius uterus relaxetur, infantis corpus collabatur et laxior
t. Ac ne tunc quidem, si versio perfici non poterit, ex-
ectandi ratione perdita est res; semper enim restat infantis
minutio, quae sola saepe est facienda quum frustranea ver-
nis contentione vitam matris in discrimen adduxeris.

At nunc quae sint sequuta nostro in casu exspectandi ra-
nem videamus. Antequam commilito iste accessit, pariendi
denuo inceperat. Sensim sane dolores ad certam legem re-
cati et fortiores facti sunt ita ut, quia nunc etiam exitus du-
s videbatur, experientissimum Dr. Langer, qui policlinici
naecologici est moderator maxime reverendus, ille arcesse-
. Qui quum paullisper adesset, uno dolorum impetu fortis-
io puella, mortua quidem, nata est conduplicato corpore,

circiter hora nona matutina. Infans bene conformata ma festam praebuit speciem foetus septemmestris; mors ejus (rante partu intrasse visa est quum in brachio prolapso dex eodemque corporis latere recentes conspicerantur suggillati nes, quales habentur in corpore vivo exortae. — Vix infant accuratius pervestigaverant quum, amplitudine abdominis m tris justo majore ducti, internam facerent explorationem, q secundi infantis invenerunt partes, quas accuratius explora tibus extremitates esse inferiores apparuit. Tum, tractu a adhibito, partum accelerare enisi sunt, sed frustra ita ut iteru explorarent tota manu. Quae exploratio eos docuit, infan abdomen tumere maxime praeter consuetudinem. His ex bus foetum hydrope ascite affectum esse collegerunt atqu quum vi dolorum ad partum nasci eum non posse putarent, racentesin obdominis facere consilium ceperunt. Quum igit Dr. Langer ut instrumenta quibus opus fuit apportaret, disce sisset: dolores ad partum ita sunt aucti ut circiter hora pc partum primi infantis nasceretur alter, qui ingentem trunci capitis tumorem praebuit. Hoc ipso tempore Dr. Langer v verterat, atque summum movit stuporem omnibus illud pr ditum quod hominem esse primo aspectu nullo modo inte lexerunt. Tum demum, quum diligentius perscrutantes per apertum in cavum oris intrassent ibique linguam, processu alveolares, fauces reperissent: persuasum habere coeperu agi de vero infante. Interea placenta se solverat atque ur cum ceteris partibus secundinis ullo sine labore extracta es

Postero die in clinico gynaecologico, Illustri Betschl qui est director maxime spectatissimus duce, de hujus parti decursu et exitu uberius dissertum est, atque quum omnia hu pertinentia digna viderentur, quae accuratius explorarentu et considerarentur: hunc casum describendi dissertatione ina gulari consilium cepi. Non omittam tamen summas agere gra tias experientissimo Dr. Freund, alteri in clinico gynaecolo

o medico ministro, qui consilio et facto in inquirendo beni-
ssime me adjuverit.

b) Desriptio foetus.

Qui primus erat natus infans, nulla nisi quae foetus prae-
turi communia sunt signa habuit; omittam igitur de ejus
tione et indagatione disserere. Plura mihi sunt dicenda,
ae ad alterum infantem attinent.

Longitudo corporis aequabat tredecim pollicum mensu-
n, pondus amplius octo libris. Forma non hominis esse
ebatur, quum et caput et truncus prae extremitatibus tri-
iam essent majora atque, quae sunt normales partium cor-
ris fines, interiissent communi corporis tumore; praeterea
bitus corporis vitiosus erat, parte trunci sinistra et capitis
xtra alteri, quae respondet, amplitudine multo prae-
nte. Collum significatum fuit incisura dextra crassa,
va tenui. Qua separetur thorax et abdomen externa
unctio nulla exstitit; solae extremitates inferiores gravi
isura ab abdomine distincte erant sejunctae. — Quae
o ad singularum partium aspectum attinent: caput forma
t quasi bubonis. Tres in eo exstabant tumores, quorum
isque arcus circularis speciem praebuit. Superior minor
pondit normali capitis fornicationi; laterales majores com-
xi sunt, a fronte spectati, regionem zygomaticam, paroti-
m, cervicalem et ad occipitium quoque tendentes ita erant
nmetrice collocati, ut ossa occopitis obtinerent. Pugnum
aequiparantes magnitudine, aquae pleni erant et extensi
ue sulco per longitudinem interposito sejungebantur. Ad
m capitis tumoris superioris conspecta sunt utrimque auris
ernae vestigia, quae formam sulci habuerunt, unde abiere
isurae duae: altera sursum respondens musculo attolenti
iculae, altera ad occipitium tendens loco musculorum re-

trahentium auriculae. — A tumore capitis superiore descen-
torus quidam crassus, coni formam habens acumine deorsu
porrecto; fines habuit laterales sulcum altiorem, qui, respo
dens arcubus superciliaribus, ab exteriore parte et desup
descendit ad interiorem et deorsum; acutum habuit con
finem supra aperturas duas, quae tela cartilaginea circumcir
amplexae in plano faciei directae collocatae erant et accu
tius spectatae nares externae apparuerunt. Qui torus er
obtinuit frontem ac nasum hi ipsi sejuncti incisura tenui sem
circulari, quae tribus quadrantibus pollicis mensura supra n
res sita erat convexitate deorsum, respondens loco, quo ins
tionem faciunt ad processus nasales ossium frontalium os
nasalia. — A naribus tendebat deorsum et ad exteriorem part
fossa graviter signata, quae respondit tractui musculoru
naso-labiali. — Oculorum ne minimum quidem conspici pot
vestigium externum praeter rimam in utroque coni fronta
latere collocatam; nihilominus tamen infans oculis non caru
sed tumore telae cellulosae subcutaneae faciei plane erant o
tecti. — Circiter dimidia pollicis mensura infra nares appar
apertura oris longe aperta, ceteroquin legitime formata: lab
habuit normaliter contorta, labium superius paululum sursu
tractum propter minium malarum cutis tumorem. Per os ap
tum digitus perscrutans facile iutravit cavum oris ibiq
maxillae superioris et inferioris processus alveolares, dent
bus sane carentes, sed bene conformatos, palatum durum
molle, utrumque justum, linguam recta forma, fauces perme
biles reperit. — Infra labium inferius mentum quasi eminent
altior exstabat, sejuncta utrimque a malorum toris plan
triangulari, quod respondit musculo triangulari menti et m
sculi platysma-myoidis continuationi usque ad angulum or
ascendenti; supra os planum illud respondit musculo orbicu
lari oris, infra corpori maxillae inferioris.

Collum ipsum nullum fuit. — Truncus, a fronte spectatu

ebuit formam figurae illius, quam trapezoidum vocant; ns ejus longissimum erat sinistrum trunci, non rectum sed iter curvatum, convexitate ad exteriorem partem versa. xtrum trunci latus erat figurae brevissimum et rectum fere cursum habuit. Latus figurae superius, quod collo defi-nte truncum sejunxit a capite, rectius tendebat a dextra nci parte et infra ad laevam et supra. Qui fuit inferior nci finis atque simul inferius figurae latus, decursum habuit ltum tortum ac imprimis supra genitalia arcuatum, a dex- parte trunci et superiore tendens ad laevam et inferiorem. extrema parte trunci sinistra, quae respondit humero laevo, ojectus fuit articulus quidam, ungulae similis et in fronte lectens. Qui articulus loco erat brachii sinistri et duos tan-n digitos habuit. In regione humeri dextri nihil neque con-ici neque tactu inveniri potuit, per transversum tamen dor-n leviter, quod nimis tumefacta erant integumenta commu-, tactu sentiebatur brachii dextri vestigium, quod ex hac n levi exploratione rudimentum esse intellectum est. — Me- in trunco anteriore, in umbilici fere regione fissura fuit egumentorum communium, juglandem fere magnitudine quiparans. Fines habuit in superiore parte et dextra inci-as duas altiores, quae venae umbilicali respondentes su-ne discurrerunt; levior erat incisura atque brevior in sini-a parte et exteriore. Inferiorem finem habuit arcum supe-rem annuli umbilicalis; pars superior, manifesta determi-ione deficiente, transiit in tumorem integumentorum com-nium. Partis istius deficientis loco aderat membrana errima, pellucida, tanquam vesica exstans, quae ipsa fluc-ns intestina tenuia infra collocata et in aqua natantia ut parerent effecit. Ex inferiore fissurae hujus parte procur- funiculus umbilicalis, qui idem vehementer tumefactus t. — Genitalia feminea normaliter collocata nullaque defor-ate deturpata erant. — Extremitates inferiores, hydrope

anasarca non affectae, nimis parvae repertae sunt pro reli corporis amplitudine atque parum excultae: sinistra duos h buit digitos, dextra modo unum. Articulationes genus n nimis erant vitiosae.

Colore erant in capite integumenta communia subfla in summis tumoribus ac imprimis lateralibus subrubicun Trunci quoque cutis et extremitatum inferiorum subru cundo erat colore. — Fluctuatio tumorum in capite sitor fere nulla fuit, sed splendore erant pellucido, quod nimis e tensa erant integumenta communia. Per tumorem totius fe corporis restes quasi vario modo decussantes tactu sentieba tur. Pari modo truncus vehementer extensus erat ita ut, fl tuationem in inferiore tantum parte quae abdomini respon praebens, eodem esset quo caput splendore.

Tali modo foetus forma ac habitu gravissime depravat erat, affectus hydrope anasarca per omne caput ac trunc diffuso, ita ut in singulis eorum locis, praecipue faciei et dor tela cellulosa sub cute posita extensa esset unius et dimi pollicis altitudine. Incisione vero facta, quam tela cellulo continuit aquae parum effluxit, quod non limpida sed pae coagulata fuit; ex solis hygromatis quae nuchae insideba incisis magna aquae copia effusa est.

Tela cellulosa subcutanea remota, musculi apparuere n minus aqua imbuti, coloris expertes, tenues, molles. Ac nu oculi quoque conspecti sunt aperte patentes, antea vero cu tumore obtecti. Ex superiore nasi parte tumor circiter faba magnitudine aequans propendit, magis nigricans colore aqua vehementer extensus, quem cavo cranii aperto, hernia cerebralem esse conspicuum fuit quum hemisphaerii sinist gyrus, meningibus circumdatus per laminam cribrosam oss ethmoidei projectus esset atque, aqua ubique diffusa, qua saccus in superiore cavi nasalis parte appareret. Extremit dextra superior in transverso dorso rudimentum maxime viti

e inventa est, id quod supra jam commemoravi. Per funi-
um umbilicalem, specillo ducente, arteriae usque ad jecur
sequendae erant.

Cavis corporis apertis, omnibus contineri copiam non par-
m aquae apparuit. In cavo cranii, quod ossibus normali
do constructum et tunicis meningibus imbutis non parum
ua circumdatum, hydrocephalus externus et internus re-
rtus est; ventriculi laterales ingenti modo dilatatae et aquae
ıpidae pleni erant, ita ut substantia cerebri singulis in locis
. duarum linearum mensuram attenuata esset. Ceteroquin
mes nervi cerebrales inventi sunt; singulae cerebri et cere-
lli partes affuere, sed nimis aqua imbutae. — In basi cavi
anii praeter dilatationem sinuum frontalium et protrusam os-
; ethmoidei laminam cribrosam nihil abnorme est inventum.
In plano faciei offensionis aliquid habebant ossa zygoma-
a, quae permagnos arcus praebentes valde eminentem effe-
re orbitam, cui insitus erat bulbus oculi legitime conformatus.

Propria fuit organorum in thorace sitorum pravitas.
aeterea quod in hoc quoque corporis cavo aquae copia, mi-
na quidem pro ceteris cavis, inventa est, pleraque thoracis
gana aut nulla aut nimis parva et tanquam rudimenta erant,
cepto corde et thymo, quae justam magnitudinem habebant
pro aetate foetus satis erant exculta; cor autem in dextra
oracis parte situm est. Pulmo sinister erat habendus lacinia
longa, secundum columnam vertebralem collocata; pulmo
xter nullus fuit. Pari modo in thorace tracheae et oeso-
ıagi vestigium nullum inventum est, aorta vero ad dextrum
lumnae vertebralis latus decurrit. Quum autem accuratius
rvestigatum esset, ambo illa organa finiri tubo caeco com-
ıni apparuit, circiter ad secundae vertebrae dorsi altitudi-
m, tela cellulosa teneriore ei affixo. Tracheae nullo alio
co vestigium quoddam inventum est; a stomacho autem per
rdiam inducere potuimus tubum, qui paucas lineas supra

diaphragma apertura clausa finitus altera oesophagi por
erat habenda. Ipsum diaphragma totum fuit et abdom
plane sejunxit thoracem,

Ampla aquae copia continebatur abdominis cavo, null
autem ei defuit organum, quamquam singula nimis parva
aqua vehementer imbuta erant. Stomachus legitime erat co
formatus, jecur pro aetate foetus nimis parvum et pluribus
bis compositum; lien in regione epigastrica sinistra colloca
erat rudimentum candicans e rubro. Intestinum et crassius
tenuius justo erant conformata, sed magnam aquae copi
continebant Renes permagni et paululum aqua imbuti: it
renes succenturiati. Ureteres conjunxerunt renes cum ves
urinaria, cujus membranae bene erant conformatae, et exit
habuit ea urethram permeabilem. Genitalia omnia affuere
bene exculta; item anus.

Tela ossea, id quod illi aetati proprium, nulla fuit, ade
vero tela cartilaginea, quae omnes sceleti partes bene ac le
time composuerat, ita ut neque in capite neque in trunco u
deesset portio; extremitates solae inferiores deturpatae era
per defectum, id quod supra jam disserui.

c) Descriptio partium secundinarum.

Placenta normali modo erat constituta et magnitudine
structura; unica fuit, cui autem duo, alter prope alterum
fere centrales, se inseruere funiculi umbilicales, qui exter
specie pariter ac juste conformati videbantur, circiter du
pedes longitudine aequiparentes. Venae prope locum, u
insertionem ad placentam faciunt, per parietes luminibus co
junctae erant. In foetus aegroti funiculo umbilicali, ceter
quin non parum aqua imbuto, vena circiter tres pollices remo
ab insertione ad annulum umbilicalem tribus gyris arteri
recte procurrentes circumiit: juxta hos gyros ad foetum ve

venae lumen erat clausum coagulo, lentis fere forma ac gnitudine. Alia coagula, sed minora neque tam accurate formata, secundum venae parietes usque ad insertionem placentam erant deposita, etiam aliquantum in alterius fuuli umbilicalis vena. Quae coagula omnia rufo erant colore, riora et habebant signa quae propria trombis alibi quoque servatis. Quanto placentam ipsam prosequerentur inveniri 1 potuit. Foetus aegroti paries venae internus vestigia ebuit phlebitidis, utique provocatae coagulo illo majore.

Epicrisis.

Ac nunc quidem, quum quae de morbo hydropis anasarca le casu observato commemoratione digna videbantur enara sint: liceat breviter perspicere quae quum ad morbum il1 tum ad casum his in pagellis dissertum attinent, ut quon modo tanta corporis foetus monstrosi pravitas exorta sit elligamus. Cuique enim, qui his in rebus versatus est, facile rsuasum erit, monstra „minime ex fortuitis causis oriri nec o ludicris naturae creaticis conaminibus haberi posse, sed otius ex iisdem, quamvis paullulum immutatis, legibus atque ormalia corpora pendere"[1]. Et revera contemplantibus ois varia monstrorum genera evidenter apparet, omnibus supposita esse certas leges, quas sequuta sint in confornndo, causam adesse saepe levissimam, quae ipsa vitiosa cea omnia vitia atque deformitates efficiat. Nostro quoque casu talis causa inventa est, unde gravissimae foetus aegroti ormitates atque vitia deduci possunt. Quae causa nulla

1) Monstrorum sexcentorum descriptio anatomica — A. G. Otto. — Vraviae 1841 praef.

alia est nisi coagulum in vena funiculi umbilicalis deposit id quod paucis verbis nunc explicabo. Quae fuit aegr foetui vena funiculi umbilicalis, tribus gyris arterias recte p currentes circumiit. Qua re elucet, sanguinis affluxum a p centa ad foetum sine ullo impedimento locum habuisse, rec sionem vero sanguinis a foetu ad placentam haud parum fui impeditam. Unoquoque enim arteriarum pulsu compres est vena, ita ut ejus sanguis, normali modo cursum faciens u tenore, hic ullo sine impedimento non flueret nisi in arteriar diastole. Quae quum ita essent, in foetu oriri oportuisse h peraemiam venosam perspicuum est. Quae hyperaemia, qu sit manens, oedema partium infra positarum, id est hoc casu foetus, semper efficit. Quam autem esset noxia haec foetus nutritioni ac conformationi, nullo tamen modo tan corporis pravitas effecta fuisset, quum sanguinis recursion quodammodo difficiliorem reddi saepe videamus: nisi al impeditae sanguinis recursionis intrassa effectus, id est ven thrombosis. — Quali modo thrombus, juxta gyros deposit ad foetum versus, exortus sit, quum nil intersit ad perspici endum effectum, omittam disserere. In loco, ubi inventus e eum exortum esse verisimile est, quum neque in matre, qu bona in graviditate valetudine usam esse scimus, neque in foe ulla thromborum conformandorum conditio reperta sit; de sensim is conformatus esse atque accuratam lentis formam a cepisse videtur, novis semper partibus ad eam, quae prin erat deposita, accedentibus. Neque plane thrombum ist recursionem sanguinis impedivisse apparet, quod, quum rec sio sanguinis collateralis hic intrare non potuisset, stati mors foetus talem obturationem esset sequuta. Si vero foet mors subito intrasset, prorsus aliae fuissent foetus defo mitates ac sunt revera inventae. — Quae quum ita sint, max mam habet vim sententia ea, ut, quo magis accreverit thrombu eo magis impedita fuerit sanguinis recursio eodem que gra

tritione ac conformatione foetus magis ac magis demi-
ta, hydrops anasarca sit effectus, ita ut denique mors foetus
enerit. Quum enim hydrops anasarca inceperit, nutritionem ac
nformationem foetus vitiosam et mancam fuisse manifestum est.
ırombus vero primus exortus,id quod tali in casu saepissime ac-
lit, phlebitidem effecit, quae ipsa conditionem iterum reddidit,
de alia sanguinis coagula exorirentur, quae sesundum venae
rietes deposita magis magisque, sanguinis recursionem im-
dirent, ita ut vehementior esset vis, quam venae umbilica-
thrombosis in foetum exhiberet. Quum vero alterius quoque
etus venae funiculi umbilicalis cum illa foetus aegroti con-
ncta esset, etiam iste incommodis nütritionis ac vitae affectus
t, qua re factum, ut facile moriretur in partu, praesertim
ıum situs in eo esset iniquus. — Si de tempore quoque, quo
imum illa thrombosis incommoda exorsa sunt, quid recti
olligendum est, quarto vel quinto foetus aetatis mense id ac-
disse puto, quum hoc ipso tempore saepissime corripiatur
etus hydrope, deinde quod organorum plurium conformatio
l illud tempus pertinere videtur, deniqne quod hoc quoque
mpore sanguinis recursio, magis magisque capiens incrementa,
nsiores efficit arterias, ita ut magis impediatur in vena recur-
o sanguinis. — Quae ad habitum foetus aegroti vitiosum at-
ıent, alter foetus, quum, impedimentis sanguinis circulationis
ficientibus, fortior esset, eum effecisse videtur pressu con-
ıuo, cui foetus resistere propter vitam tenuem non potuit. —
unc denique ad genus quoddam monstrorum referre volo
etum hydrope anasarca deturpatum. „Postquam“ enim
ıedici monstra ostentorum sive prodigiorum nomine mirari
t horrere desierunt eaque accuratius explorare coeperunt,
nox intellectum est, quantoperre opus esset et nomina iis
onere et genera quaedam constituere“ [1]). Minime vero meum

1) Monstrorum sexcentorum descriptio anatomica. — A. G. Otto. — Vra-
laviae 1841 praef. init.

esse puto, omnia monstrorum genera enumerare, quum et plu
et variora sint quam ut paucis verbis complecti possim, neq
iam satis explorata ut abunde distribuantur. Non falso aute
contendere mihi videor, si monstrum per defectum esse hu
foetum censeo, quum plures ei desint partes corporis aut p
rum sint exculta.

Explicatio tabulae.

In tabula accedenti effigies est impressa foetus hydrope asarca deturpati. Notis literarum ei inscriptis significata nt:

A. Caput.
B. Truncus.
C. Extremitas dextra inferior.
D. Extremitas sinistra inferior.

---

a. Fornicatio capitis (Tumor capitis superior).
b. Tumor capitis lateralis dexter.
c. Tumor capitis lateralis sinister.
d. Vestigium auris externae dextrae.
e. Vestigium auris externae sinistrae.
f. Regio frontalis.
g. Torus frontalis.
h. Incisura semicircularis, quae indicat sejunctionem frontis ac nasi.
i. Rima oculi dextri.
k. Rima oculi sinistri.
l. } Nares.
m. }

o. Apertura oris.
p. Mentum.
q. Extremitas sinistra superior.
r. Locus abdominis, cui desunt integumenta communia.
s. Funiculi umbilicalis portio.
t. Genitalia externa feminea.

VITA.

Natus sum, Adamus Tamm, fidei catholicae addictus, die ensis Septembris XXVI. anno h. s. XXXIII. Neostadii, lesiae superioris oppido, patre Antonio, quem dilectissimum Deus per longum adhuc tempus incolumem mihi servet, in es oro atque precor, matre Rosa e gente Casper, quam orte mihi ereptam ex tredecim jam annis valde lugeo. Pri- is literarum elementis in schola patriae urbis imbutus gym- ısium adii regium catholicum Nissense, quod floruit prodi- ctore beat. Kroemer, postea directore Dr. Zastra, et per ptem annos frequentavi. Auctumno anni h. s. LIII. testimo- o maturitatis instructus hanc almam literarum universitatem iadrinam petii et ab Ill. Abegg illo tempore fasces academi-)s tenente civium academicorum numero adscriptus apud Ill. enedict tum gratiosi medicorum ordinis Decanum maxime)ectabilem nomen dedi. Per octo semestria hos audivi dis- rentes:

I. Ordinis philosophorum.

l. Braniss: De psychologia et logice.

l. Duflos: De chemia pharmaceutica et de elementis chemiae analyticae.

l. Frankenheim: De physice experimentali.

l. Glocker: De mineralogia ejusque repetitorio et examinatorio.

Ill. Goeppert: De botanice universali, de plantis officinalibus, de monstrationibus in horto botanico et excursionibus botanicis.

Ill. beat. Gravenhorst: De zoologia.

Ill. Löwig: De chemia experimentali anorganica et organica.

II. Ordinis medicorum.

Cel. Aubert: De variis physiologiae capitibus. In exercitationib microscopicis dux mihi fuit egregius.

Ill. Barkow, h. t. Dec. Spect.: De anatomia corporis humani, anatomia comparativa, de morphologia pathologica, de historia fo tus, de sectionibus forensibus ejusque demonstrationibus in mus zootomico interfui. In exercitationibus anatomicis et zootomic dux mihi fuit praestantissimus et benevolentissimus.

Ill. Benedict: De instrumentis chirurgicis et fasciis rite applicand ejusque examinatorio de variis chirurgiae capitibus.

Ill. Betschler, h. t. Prodec. Spect.: De arte obstetricia, de oper tionibus obstetriciis, de morbis sexus sequioris, de medicina forens In clinico obstetricio dux mihi fuit longe praestantissimus ac ben volentissimus.

Cel. Burchard: De morbis infantum adnexo cursu vaccinatorio de diagnosi obstetricia.

Ill. Frerichs: De pathologica et therapia et generali et special In clinico medico et policlinico dux mihi fuit maxime egregius.

Cel. Grosser: De osteologia et syndesmologia.

Ill. beat. Henschel: De encyclopaedia et hodegetice medica, d semiotice.

Ill. Klose: De instrumentis chirurgicis et fasciis rite applicandis.

Ill. Middeldorpf: De chirurgia generali et speciali, de ophthalmia trice, de morbis cutis, de fracturis et de luxationibus. In clinic et policlinico chirurgico-ophthalmiatrico dux mihi fuit clarissimu et excellentissimus.

Ill. beat. Nega: De materia medica, de arte formulas medicas con cinnandi, de diaetetice.

Reichert: De physiologia, de anatomia microscopica cum exer-
·itationibus microscopicis, de generatione, de encyclopaedia et ho.
legetice medica.
Rühle: De anatomia pathologiea, de auscultatione et percussione.
. Reymann: De morbis syphiliticis.

Praeterea Exp. D. D. Cohn, Freund, de Gliszczynski, seph, Langer, Rühle, Valentiner, Weidner in exercionibus clinicis benignissime me adjuverunt.

Quibus omnibus viris Ill. Cel. Exp. ex intimo animo gratias ago am maximas.

Tentaminibus vero et philosophico et medico nec non examine oroso superatis, spero fore, ut dissertatione rite defensa summi in dicina et chirurgia honores in me conferantur.